

provisum in primo. In Firmana SS. Ordinum die 27. April. ad 1 et 3. Dub.

(190. Vacationes ob passam reddituum immi-  
nationem a quotidiano servitio chori, cui per  
statutum adigebantur, Canonicis Collegiate  
Vallis Montanæ concessit S. C. ad duos men-  
ses sive continuos sive interpolatos, exceptis  
festis Solemnioribus, tempore Adventus, et  
Quadragesimæ de licentia Episcopi, et dum-  
modo non abessent ultra tertiam partem.  
Signina, servitii Choralis et Reductionis 17.  
Feb. ad 1. Dub.

(191. Capitulum Cathedralis Puteolanæ quo-  
tidianum chori servitium ad alternativum re-  
duxit per septem annos, adhibito Episcopi  
consensu, qui veniam ab Apostolica Sede se  
imploraturum spondit. At, Episcopo morti  
proximo se nunquam indultum impetrasse  
confitente, Capitulum tum pro absolute  
arbitraria reductionis quoad præteritum, tum  
pro reductione choralis servitii quoad futu-  
rum ad S. Congregationem confugit, quæ  
data absolute quoad præteritum, super  
petita reductione rescripsit — Dilata, et ex-  
pectetur Episcopus — In Puteolana Reduc-  
tionis, Servitii Chori 21. Junii 1842. ad 1 et  
2. Dub.

(192. S. C. distulit causam servitii chori, qua  
petebat Michael Luciani Beneficiarius Proto  
— Basilicæ Lateranensis, num non residens  
mense Octobris posset alios substituere in  
servitio chori, et quatenus negative; saltem  
cum gratia ejusdem substitutionis benefi-

#### CANONICI REGULARES.

##### S. CONGREGATIONIS EPISCOPORUM ET REGULA- RIUM DECRETA.

(1. Duæ Canonicorum Regularium Cong-  
regationes, altera nuncupata Lateranensium  
a Basilica S. Joannis in Laterano, quæ po-  
tissimum Ravennæ florebat, altera Rhenano-  
rum a parvo flumine Rheni apud Bononiam,  
quæ tam Romæ quam Bononiæ in  
primis clarebat, antiquis inter se benevo-  
lentia vinculis mutuo devinciebantur, licet  
habitu, et constitutionibus distinguerentur.

Sæviente Gallicæ irruptionis procella prisci  
fœderis non obliti adjumentum et subsidium  
sibi invicem præbere non omiserunt. Pace  
restituta statim ab anno 1814, opera P. Ab-  
batis Generalis Garofali, Rhenanorum ordo  
in pristinum redintegratus est; nec multum  
temporis effluxit, ut etiam ordo Lateranen-  
sium restitueretur.

Interim memoratus Abbas cum Latera-  
nensium gratiam amoremque sibi conciliasset  
in illud maxime incubuit, ut de Rhenano-  
rum et Lateranensium Congregatione unum  
corpus unaque familia conficeretur. Ad hanc  
itaque rem approbatio a Sancta Sede impe-  
trata est per Rescriptum datum die 6 Au-  
gusti 1819.

In illo Sanctitas Sua præscripsit, ut Capi-  
tulum Generale ad hoc celebraretur; decre-  
tisque executionem pro implorata unione  
E. M. Pacca Cl. M. commisit, ac in posterum  
« Ordinem Canonicorum Regularium SS. M.

cium. Romana servitii chori 23. Junii 1842.  
ad 1 et 2. Dub.

(193. Ad Canonicatum Pisanae Cathedralis,  
cujus fructioni Capellanorum Collegium fue-  
rat a fundatore vocatum, dummodo perso-  
næ adessent septem, designatis qualitatibus  
pollentes, Magnus Hetruriae Dux Patronus  
nominaverat Antonium Ronuccci, a dicto  
Collegio extraneum, et dictis qualitatibus  
destitutum. Hoc autem dispositionem pos-  
tulante, qua tamen non indigere arbitrabatur,  
quia cum nemo ex Capellanis singulis  
volitis qualitatibus donaretur, passivam vo-  
cationem silere contendebat: contra vero  
propugnante Capellanorum Collegio juspa-  
tronatus passivum, corpori concessum, suas  
exerere vires, quod inter Capellanos duo  
adessent una tantum, vel altera qualitate de-  
stituti; proposito dubio; an et quomodo sit  
locus dispensationi? S. Ordo respondit: « ad  
Dominum Secretarium cum SS. M. juxta men-  
tem. In Pisana, Canonicatus quoad dispen-  
sationem 9. Julii 1842. »

(194. Capitularibus loci N. expostulanti-  
bus, ut temperatioribus anni mensibus, an-  
niversaria celebrare liceret, quæ loco valedi-  
tudini pernicioso et mensibus frigidioribus  
peragenda erant, S. C. petitam translationem  
permisit ad alios dies arbitrio Episcopi, et  
in Tabella apponi jussit, facto verbo cum  
SS. M. Conversana Translat. Anniversar. 28  
Julii ad 1. dubium.

Salvatoris Lateranensium » vocari voluit:  
tandem utriusque ordinis res omnes ac pri-  
vilegia juraque ordinis res omnes ac pri-  
vilegia juraque communicavit atque per-  
miscuit.

E. M. Executor in Rescripti Executione  
jussit de utriusque Ordinis Rhenanorum ac  
Lateranensium constitutionibus unam dum-  
taxat regulam quamprimum concinnari, dem-  
ptis vel additis, quæ pro temporum ac cir-  
cumstantiarum opportunitate addenda vel  
demenda viderentur.

Hujusmodi Constitutiones S. C. Episco-  
porum et Regularium exhibitæ sunt an. 1840,  
a Vincentio Tizzani Vice-Procuratore Gene-  
rali, nunc meritissimo Interamni Episcopo,  
commendatæque ab E. M. Pacca Ordinis Pro-  
tecto. Quæ res dum adhuc penderet,  
P. Abbas Generalis expetivit, ut quasdam,  
quas proponebat, mutationes discuti appro-  
barique S. C. concederet.

Cæterum quædam in iisdem Constitutio-  
nibus notatu digna reperta sunt. Primo si-  
quidem pluribus locis innui videbatur, ali-  
quibus in casibus Canonicos Regulares  
obnoxios non esse censuræ Extravagantis  
*Ambitiosæ*. At vero, licet ante Urbanum VIII,  
aliquæ adessent Religiones, quæ ab hac  
lege erant exemptæ, decreto tamen me-  
morati Pontificis hujusmodi exemptiones  
ablatae sunt. Legitur enim in citato decreto:  
« Omnium rerum et bonorum immobili-  
um, et pretiosorum mobilium alienatio-  
nem, omneque pactum, per quod ipsorum

dominium transfertur, census perpetuos, seu  
vitalitios, hypothecam, locationem, et con-  
ductionem ultra triennium, concessionem in  
feudum (a quibuslibet Ordinibus Regularium  
moderatoribus) fieri perpetuo prohibet...  
non obstantibus indultis, privilegiis, quibus  
Sanctitas Sua derogat. »

Et reapse huic decreto indiscriminatim  
parent universi Regulares, et quotidie Bene-  
placitum Apostolicum in casibus ab illa  
Extravagante præscriptis implorant. Neque  
vero ab hoc onere eximere sese poterant  
Canonici Regulares, quidquid sit de anti-  
quarum Constitutionum privilegiis. Hæ enim  
approbatæ fuerunt an. 1592 et an. 1612,  
cum tamen hujusmodi Urbani decretum an.  
1624 editum fuerit, neque Sancta Sedes  
hæc privilegia in posterum impertiri con-  
sueverit.

Secundo loco, cum res est de Monachis  
incorrigibilibus, nulla mentio fit decretorum  
Urbani VIII et Innocentii XII, quibus ratio  
præscribitur, quæ in retinendo Religioso in-  
corrigibili atque expulsi obnoxio sequenda  
sit.

Tertio loco quando sermo est de accepta-  
tione novarum domorum vulgo *Canoniche*  
ideoque de nova earum fundatione, nihil  
innuitur de præscripto Conc. Trid. Sess. 25,  
C. 3, de Reg. in quo exposcitur Ordinarii  
licentia, neque de Constit. *Instaurandæ*  
an. 1661, in quo Innocentius X prohibet  
nova cujuslibet Ordinis erigi Monasteria  
« absque Sedis Apostolicæ licentia speciali...  
prævia examinatione Congregationis negotiis  
Ep. et Regul. præpositæ. »

Quinque itaque dubiorum formulæ E. M. PP.  
sacrum hunc ordinem constituentibus  
discussioni suppositæ sunt, nimirum: 1. « Se  
e come si debbono approvare le nuove Costi-  
tuzioni de' Canonici Regolari del SS. M. Sal-  
vatore Lateranesi? Et quatenus affirmative. »  
2. Se convenga ammettere le modificazioni  
proposte dal P. Abate Generale? 3. Se aggiun-  
gere, che per le alienazioni de' beni stabili  
e mobili preziosi si debba stare all' Extrava-  
gante *Ambitiosæ*, non ostanti gli antichi  
privilegi? 4. Se esprimere, che per l' espul-  
sione si debba osservare il Decreto de Ur-  
bano VIII, e d' Innocentio XII? 5. Se dichia-  
rare, che per l' erezione delle nuove Cano-  
niche debba rimaner ferma la Const. *Instau-  
randæ* d' Innocentio X? 6. Se vi sia luogo ad  
altri cambiamenti? »

E. M. PP. in generali conventu diei 26 Martii  
1841, rescripserunt: Ad 1. *Affirmative juxta  
modum*. Ad 2, 3, 4, 5, *affirmative*. Ad 6. Ad  
E. M. PP. præfectum cum E. M. Ponente.

Sanctitas Sua hanc Resolutionem appro-  
bavit, ideoque decretum typis editum est.  
« Romana. — Super approbatione Consti-  
tutionum Ordinis Canonicorum Regularium  
SS. M. Salvatoris Lateranensium. »

(2. Episcopus Trojanus, ut recte in Capi-

#### CANON MISSÆ.

##### S. CONGREGATIONIS RITUUM DECRETA.

(1. Cum Abbas sæcularis et Collegiatæ

tuli Trojani convocacione disciplinæ compe-  
teret, die 28 Februarii 1838, decretum edidit,  
quo plura super hac re jubebantur. Sed  
præsertim in articulo primo statuebatur,  
quod Capituli Præfectus non potrà convocare  
il Capitolo senza far precedere antecedente-  
mente la schedola affissa per tre giorni nel  
luogo solito, nella quale dovrà spiegarsi  
l' oggetto della convocazione, e ad evitare le  
frotte, che per tale causa possono sorgere, la  
detta schedola dovrà esser vistata dalla nostra  
Curia, la quale in occasione di differenza  
potrà confrontare la data con quella della  
conclusioni capitolare indi risultante: Quam-  
libet vero decreti violationem suspensio a  
divinis ipso facto consequi debebat.

Cum vero Trojanum Capitulum ad Sacram  
Congregationem Episcoporum et Regularium  
appellasset, causa, juris ordine servato, pro-  
posita est concordato dubio: « An decretum  
Episcopi diei 16 Octobris 1838, super con-  
vocacione Capituli sit confirmandum vel in-  
firmandum in casu? »

Sententiam affirmativam circa primam  
dubii partem propugnabat Episcopus ex eo,  
quod Ordinario jus competat præscribendi  
rationem, quæ a Canonicis in Capitulo con-  
gregando sequenda sit Crispig. Vis. Past. 6,  
3, § 30, præsertim vero si justa adsit causa  
Ferrarius V, Capitulum, Art. 1, n. 8. Jam  
vero justissimas in casu causas id providendi  
intercedere multis factorum deductionibus  
evincere satagebat.

At vero replicabat Capitulum istiusmodi  
jus Episcopo nulla ratione inhærente, ut  
S. C. Ep. et Reg. in Brandusen. 17 Jan.  
1584, ibi: *La S. C. ha risoluto, che il Capi-  
tolo sia libero di congregarsi quando vuole,  
purche non sia in pregiudizio del culto di-  
vino, onde non si puo obligare a domandare  
la licenza*. Addebant insuper, quod nequeat  
Episcopus legem facere, ut in Scheda ne-  
gocia edicantur, quæ in capitulo pertractari  
oporteat, ut docet Card. Petra Sect. 2, de  
Solemn. in alienat. rerum Eccles. n. 48, ibi:  
« An Episcopi licentia requiratur in convo-  
catione Capituli? Dicendum regulariter non  
requiri, si solitum sit sine illa convocari...  
si tamen requiratur licentia Episcopi, non  
tenetur Capitulum declarare, quæ negotia  
agere debet in Capitulo: S. C. Ep. et Reg.  
in Andrien. 25 Febr. 1603, num. 11. »

Patres E. M. in plenario conventu diei  
25 Septembris anni 1840, ad dubium super  
excriptum responderunt. « Ad primam par-  
tem affirmative juxta modum, deleta nimi-  
rum obligatione indicendi in scheda negotia  
de quibus agendum sit in Capitulo, factaque  
expressa declaratione per appositionem:  
visa: nullam plane induci necessitatem  
licentiæ episcopalis de convocacione Capi-  
tuli, nec non ablata pœna latæ sententiæ. »  
*Trojana: super Convocacione Capituli.*

Ecclesiæ S. Petri Oppidi de Lerma nullius  
Diocesis Provinciae Burgensis postularet:  
1. An liceret Clero tum sæculari, quam re-

gulari in Ecclesiis ei subjectis eum nominare in Canone. 2. An in iisdem Ecclesiis ipsius nomen addendum esset in Oratione, seu Collecta, quæ in Hispaniarum Regnis recitatur pro Pontifice, Episcopo, etc. S. Rit. Con. respondit: « Quoad annunciationem nominis in Canone: Negative. Quo vero ad collectam, dilata, et ad mentem. *Mens est, ut exhibeatur Breve Clementis X. et doceatur de consuetudine in aliis Abbatibus Hispaniarum Regni, Die 1 Septembris 1804. Nullius de Lerma.* »

(2. An Sacerdos dicere debeat *Te igitur* in principio Canonis, dum elevat manus, et oculos, vel incipere debeat dum est jam in profundo inclinatus? S. C. respondit. « Servanda Rubrica de ritu servando in celebratione Missæ, tit. 8, num. 1, et altera Canonis præfixa. Tuden. Die 7 Septembris 1816. »

(3. An debet Sacerdos pronuncians in Canone Missæ nomen alicujus Sancti, de quo factum est Officium, vel saltem commemoratio, facere inclinationem capitis? S. C. *Affirmative. Ibid. num. 32.*

## CANTOR, CANTUS.

## S. CONGREGATIONIS RITUUM DECRETA.

(1. Quum S. Con. interrogata esset: An a Cantoribus in Choro incipi possit Introitus Missæ, priusquam Sacerdos eamdem Missam celebraturus ad Altare pervenerit, respondit: *Negative, et amplius.*

(2. An servari possit aperta consuetudo, ut in Processionibus Litaniarum earumdem Cantores incedant pluvialibus induti.

S. R. C. *Affirmative. Conimbri. Dub. 7 et 17, die 14 Aprilis 1753.*

(3. Essendo pregata la S. Congre. di concedere la necessaria facoltà, perchè nella Diocesi di Bitonto si possa cantare dall'Organo nel momento della Benedizione con l' augustissimo Sacramento il versetto del Salmo LXVI. *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, et metuant eum omnes fines terræ*, secundo l' antico costume. S. Con. respondit: « Servetur Decretum in Caputaquen. diei 9 Febr. 1762, permitti vero potest ut cantetur *Benedicat nos Deus*, immediate

## CAPELLA.

## S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Capellæ nuncupatæ Corpus Christi prope locum Albiniani in Comitatu Venayssino, cujus loci est Baro Alemannus de Passis qui eam ædificavit, demolitioni, nec non alienationi illius situs, ac translationi onerum non est locus; sed est locus reparationi, ac novæ ejus ædificationi a Barone dicti loci faciendæ, etiamsi Episcopus in Visitatione ruinam minari agnoscens eam esse interdicendam ac supprimendam decreverit: Arausicana die 17 Junii 1780, dub. 1.

(2. Nec Capellæ ejusdem Rectori indulgentia est reductio, ac commutatio onerum, quibus ex fundatione ille fuit gravatus. *Ibidem dub. 3.*

(4. An inclinandum sit caput, quando nominantur in Canone Sancti, qui nominantur in Canone si sint rit. semidupl. et Missa dicitur de Requiem, num inclinandum sit caput dum in Canone nominantur dicti Sancti. S. R. C. Respondit. In missis de Requiem. *Negative Panormitana Die 12 April. 1823, ad. 13.*

(5. In Canone Missæ infra actionem nominatur S. Joannes Apostolus, et Evangelista; in Oratione *Nobis quoque peccatoribus*, dicitur « cum Joanne » nascitur exinde dubium.

« Si Missa dicitur, vel fit commemoratio dicti Sancti, qui nominatur in Canone: quandonam caput est inclinandum? quando nominatur, aut commemoratio fit de S. Joanne Baptista, vel quando Missa dicitur, vel commemoratio fit de S. Joanne Apost., et Evang. » S. C. Respondit: « Dilata, et videatur particulariter ex officio. » Panormitana die 12 Aprilis 1823.

post Benedictionem juxta Instructionem Innocentii XII, a Clemente XII confirmatam in delatione Viatici. Bituntina die 18 Martii 1833. »

(4. Cantor Cathedralis Civitatis Notabilis, qui cum aliis Dignitatibus et Canonicis ab Episcopo invitatus ad Collegiatam S. Pauli Civitatis Vallette se confert, non potest gestare virgam, qua utitur in Cathedrali; eadem vero virga uti potest Cantor Collegiatæ præsentibus Canonicis Cathedralis. Melvitana Præminentiarum 19 Maii 1786, dub. 5 et 6.

(5. Ad Cantorem Ecclesiæ Collegiatæ spectant functiones Chorales muneris sui propriæ; locus autem in associatione Episcopi, et in Processionibus ei assignandus est ad formam Cæremonialis. *Ibid. dub. 7.*

(6. Ubi Cantus Chori non producitur usque ad elevationem hostiæ, *Benedictus qui venit*, etc., cantari non debet immediate post primum *Hosanna in excelsis*, sed post elevationem. Marsorum 12 Novemb. 1831, dub. 33.

## CAPELLANIA.

## S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Imminutas ita reperit Capellaniam ab Aloysio Pantalupi in Altari S. Catharinæ V. et M. in Ecclesia S. Petronii Castri Bononiensis fundatæ sortes, ejusque fructus, ut Oneris Missarum reductionem obtinuerit Sacerdos Paulus Naldius. Summam præterea scutorum 81 pro domus Capellani et viæ constructione eandem superiorum jussu impendit. Alia nunc scuta quinquaginta supersunt pro necessaria domus ulteriori reparatione eroganda. Postulavit ille suspensionem missarum pro redintegratione expensarum, et non obtinuit. Postulat nunc an et quomodo sit providendum pro aliis expensis necessariis pro totali reparatione ejusdem domus? et nequaquam obtinuit: Imolen. Reduct. et Suspens. Onerum Miss. die 14 Febr. 1778, dub. 4.

(2. Canonicus Joannes Barastrellius, qui est Capellanus trium quarumdam institutionum Monasterii S. Placidi nullum onus missarum prædecessores implevisse asserit, qui ad orandum tantum pro anima fundatorum teneri putarunt. Nihil aliud ex fundatione, nisi testatorum divinarum Officiorum celebrationem demandasse, evincitur, et unus testator celebraturo Sacerdoti reliquit redditus harum fundationum sunt imminuti, et hæ formæ quatuor sæcula præseferant. Capellanus declarari onera pro eisdem legatis piis implendis postulat. S. C. Capellanum missas in altaribus a fundatoribus designatas juxta quantitatem reddituum ad rationem taxæ perpetuæ cum applicatione pro anima respectivorum fundatorum teneri rescribit: Messanen. die 16 Maii 1778.

(3. Ad Capellanum Ecclesiæ et Capellæ B. M. V. Gratiarum Frusinonis de jure patronatus Scholasticæ Quartucci spectat administratio quoad bona, jura, credita, sacra suppellectilia, et alia quæcumque data, concessa et perventa ad dictam Ecclesiam, et Capellam; licet dicta Ecclesia a Communitate Patribus SSmi Redemptoris concessa fuerit: Verulana, Juris patronatus die 16 Jan. 1779, dub. 2.

(4. Dispensationem a summo Pontifice Benedicto XIV habuerunt, in exemplum tamen non trahendum, ad retinendas Capellanas amovibiles fundatas ab Antonio Rota in Ecclesia Collegiata terræ Ophidæ Canonicus Luccius Recchius, et Sacerdotes Venantius Telli, et Elpidius Bicolinus, etiamsi essent exteri Presbyteri, et alter Canonicus contra voluntatem expressam testatoris, qui Oppidanos vocaverat; ideo quæsitum fuit an sustineantur dictæ dispensationes, Oppidanis contradicentibus, et allegantibus esse silentio prætermittas fundationis qualitates, S. C. sustineri illas censuit. Asculana 15 Maii 1779, dub. 1.

(5. Ad legatum pium missarum ab Antonio Rota relictum deputati fuerunt duo Capellani, qui indulta Pontificia obtinuerunt missas celebrandi donec vixerint, sed Capi-

tulum terræ Ophidæ, ad quod spectat jus Capellanum, vel Capellanos deputandi, exorat ut dicta indulta tanquam subreptionis, et obreptionis vitio infecta revocarentur, quum qualitates a testatore requisitas Capellani minime haberent. S. C. indulta præfata valida esse, et non esse locum eorum amotioni a Capellania declaravit. Asciolana, die 15 Maii 1779, dub. 2.

(6. Pia mulier Cassandra Jansito de Martino Beneventana binas erigens Capellanas seu Beneficia cum missæ quotidianæ onere prælationem familiæ Bernardi Fratris in futuris nominationibus tribuit; propterea Bernardus, mortuo primo nominato Capellano, ad illam vocavit filium suum sexennium sub spe obtinendæ dispensationis ætatis cum facultate per alium onus implendi. Dispensationem implorat puer, et usquequo ad legitimam ætatem pervenerit pro suscipiendo Sacerdotio adimpletis oneribus gratiam assequutus est: Beneventana dispensationis die 28 Aug. 1779.

(7. Ob Capellaniam possessam a Canonico Coadjutore Comite Olgiati in Ecclesia Cathedrali, qui onere missæ quotidianæ per se ipsum sub auroram explendo, ac assidue residendi in loco Scalengiarum gravatur, levamen idem petiit a S. C. sed minime auditus fuit quoad onus missarum, licet agebatur de filio patroni, et imminutus redditus esse asserebatur, verum ex gratia non residebat: Taurinen. die 29 April. 1780, dub. 1 et 2.

(8. Ecclesia Prioralis SS. Apostolorum Petri et Pauli terræ Montis Leonis in Collegiatam erecta fuit. In hac erectione census in sorte 1200 fuit impositus. Vacat nunc Capellania Curata, et Prior, ac Canonici, qui ad munia Parochialia Capellano inhærentia peragenda sese obferunt, suspensionem collationis Capellaniam precantur ad effectum erogandi annua scuta 30, in partialem census redemptionem. Annuit Episcopus, et nemini suspensionem hanc afferre præjudicium addit; et tamen e S. C. non impetrat suspensio. Redeunt Oratores, et ut recedat a decisis, petunt pro ære alieno solvendo, sed persiit S. C. in decisis: Civitatis Plebis die 5. Aug. 1780.

(9. Capellaniam instituit Lodovicus Taberna tunc Episcopus Laudensis, jusque nominandi contulit in hæredem Cæsarem nepotem; oneraque personalis celebrationis residentie adjecit Capellano. Laurentius Taberna patronus præsentavit Balthaxarrem Volpi in ætate viginti duorum annorum constitutum et nondum clericali tonsura initiatum. Supplicavit hic sibi dispensari super defectu ætatis, ut ad ejus titulum possit ad Ecclesiasticum statum promoveri. S. C. dispensationem imperita est juxta votum Archiepiscopi, Episcopi Papiensis. Papien. Dispensat. die 16 Sept. 1780.

(10. Capellanas in Metropolitana Ecclesia obtinentes dum Missas solius presentie celebrabant, consueverunt etiam eadem die